

petrauit à creditore suo, vt reliquos 5 aureos post mensem restitueret. Quæritur integra summa huius æris alieni? Adde inuicem bessem cum quadrante, id est, $\frac{2}{3}$ cum $\frac{1}{4}$ facit $\frac{11}{12}$. Ergo 5 aurei sunt duodecima pars totius summæ. Ideo sic collocabis, $\frac{11}{12}$ dat 5 aureos, quot aureos dant $\frac{12}{11}$, id est, vnitas facit 60 aureos.

ALIVD, DE DVOBVS cursoribus.

Ex duobus cursoribus, qui ex vno loco tendunt vterq; ad eundem locum, alter qui prius ingreditur iter, conficit singulis diebus miliaria 5, cunque progressus est iam à primo loco miliaribus 25, id est, post quintum diem, alter in eundem digressus subsequitur priorem cursu felociori, conficit enim singulis diebus 7 miliaria. Quæritur quo die posterior consequatur priorem? Considera excessum diurnorum vtriusque itinerum, quo posterior in singulos

L 3 dies